

Lusaticæ etc. Memoriam commendamus
 quibus expedit universis. Quia intel-
 leximus Cives incolas et habitatores
 oppidi nostri Gorlitz in infirmitate
 constitutos ac etiam alios per non
 nullas personas, plerumq; non sine
 fraude et dolo ac frustra circum-
 ventione hactenus ad testandum
 inductos esse, ac etiam aliquando
 adhuc induci, debitis solemnitatibus
 inibi minimè adhibitis, in hæredum
 ac alias legitime succedentium
 non modicum præjudicium: ita et-
 iam ut ipsa Ecclesiastica ac alie
 persone se aliquando in executores
 testamentorum sive ultimarum vo-
 luntatum deputari procurent, in
 executionis testamentorum sive
 ultimarum voluntatum hujusmo-
 di occultationem, intermissione[m]
 plerumq; seu protelationem unde
 sæpius varia Lites, rixæ ac con-
 troversie suborta sunt et suboriri
 formidantur, in grave damnum et
 jacturam Reipublicæ ibidem,